

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 18 : Quod quales Dii, talia fuerunt postea vota & preces](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 18 : Que les prières & les vœux ont été conformes aux Dieux que les Anciens ont adoré](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 18 : Quels ont été les Dieux, telles ont été les prières & vœux qu'on leur a faits](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 16 : Quod quales Dii, talia fuerunt postea vota & preces, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/800>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 20v°-23v°

Mythologiae.

Termino Deo apud Romanos frugibus in ignem iactis, & fuis & vino, & agno iubabatur, ut ait Ouid. in 2. lib. Fa. 1.

Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,
Porrigit incisos filia parua fauor.

Vina teneant alii, libantur singula flamnis,
Spediti, & linguis candida turba fauent.

Spargitur & cæso communis Term nunc agno.

Nymphis vero lac & mulsum conueniebant, varijs sacrificiorum genera

10 Diis varijs offerebantur, ut suo loco pertractabitus, cum de singulis agemus, atq; sacrificia vel ab illis siebant, qui ab aliquo morbo conualuisserent, vel ob co-
millum piaculum, quæ victimæ animales vocabantur. Alii mactabantur cō-
ficiandi gratia, quæ vocabantur Consultatores. in his eçsis hepatis & fi-
brarum fitus ab aruspicibus diligenter obseruabatur, ex quibus Deorum vo-
luotatem predicebant; nam pluribus de causis antiqui Diis sacrificarunt;
nunc, ubi gratias agerent, nunc ubi aliquid peterent, nunc, ubi iratos placa-
rent, nunc autem honoris gratia tantum, ubi illos colerent. Fuerunt autem
multi dissimilati modi, aut ab alijs & a seipso, unde erant auspicia; aut a ci-
20 bo, unde solistimum ac tripudium, a gemitu auguria, a cœtu oscinæ, a vola-
tu præterea vel dextero vel sinistro; ab afflato diuino vaticinia, a fulgurum
obseruatione, allorumque peritis, ut ait Virg. lib. 3. Aeneid.

Trojana interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui trispodas, Clarii lauros, qui sydera sentis;
Et volucrum linguas, & præpetis omnia penæ.

Sic Ouid. primo Tristium.

Hoc mihi non ouium fibix, tonitusve sinistri,
Linguave seruax, pennae dixit auis.

Divinabant prætereas insipientes ignem, vel aquam, vel terram, & visis
ostentis, aut prodigiis, portentis, monstris, somniis, aliisque huiusmodi si-
gnis. Hæc ubi contigissent opus esse Deos placare per sacrificia crediderunt,

30 aut eorum voluntatem inquireret. Ac de victimis satis, nunc ad reliqua
prosequamur.

Quod quales Dij, talia fuerunt pœnae nota & preces. Cap. XVI.

Poterat hæc tam varia, tamque diligens sacrificiorum ratio, quæ su-
perius ex oraculi responsis varijs temporibus editis tradita est, homi-
nes fortasse compellere ad credendum aliquid subesse diuinitatis in ipsis
Diis, si una cum puritate hostiarum quæ mactabantur, animi potius quam
corporis fortes expurgandas esse sacrificantium idem iussisset, atque pro-
40 munditie corporis animi integritati, & fides, & temperantia requieta fuisset. Nam qui tam diligenter tradidisset qui ritus essent seruandi in sacri-
ficiis singulorum Deorum, & quæ victimæ immolandæ quo pæcio potuit sine
obligacione aut auaritie nota illud prætermittere quod etat magis Dei pro-
prium, homines admonere scilicet, quod Deus ferè solum animum spectat
sacrificantium, cum reliqua terrena munera patui faciat? nisi forte para-
fisi & helluonis demonis non sit frequentibus hostiis, rerumque super
altaris vitarum nidotibus perfaci, nulla habita ratione num illæ victimæ
ab impuris latronibus, vel à vitis bonis sint oblatæ. Quod si magis acceptæ
Dco

Ded sunt virosum bonorum preces, ut sunt re ipsa; iunctundioraque munera ab amicis manibus accipiuntur, illud in his prætermissum fuit, quod erat magis necessarium, vitæ integritatem scilicet & aequitatem & temperantiam optimas esse, & Deo acceptissimas victimas; quibus si quis gratius viliu sacrificium arbitratur, vel protinus eum & impius, vel prorsus ignorat Dei bonitatem. Nam si moneribus potius, quam sanctitate & integritate vita Deus delectaretur, amicissimum Deum haberent opulentis; at pauperes & Deo & hominibus essent invisi. Sed quoniam nullum mendacium potest esse diuturnum, neque diutius capi pro veritate, cum homines impuri fabularum segmentis postra induti pro Diis culti sunt, necesse fuit diuinatus mandata esse obliuioni illa, quæ erant fundamentum non veræ at probandæ religionis, ut illa veræ potius locum cederet. Atque cum minimus error in principio, hanc maximus in fine, inde effectum est ut impiorum Deorum artis & sacrificii impioriores sacerdotes preficerentur, qui artificiose homines deciperent, nullumque fallaciarum genus prætermitteret ut superstitione oppressos in officio recinerent. Fuit enim legibus antiquorum facrorum non leuit supplicium illis institutum, ut ait Dionysius Thraex in secundo libro Diætæsor, qui vel alios Deos introducerent, vel eos non tolerarent: quare quos in sua religione impura retinere non poterant fallaciis, cum altaria & templi tanquam luci tabernæ ubique extraherentur, eos vel Deorum metu, vel legum sacerdotum, vel metu concitati vulgi deterrebant. nulla igitur improbitas, nullum flagitorum genus, nulla crudelitas ab artis & a templis horum Deorum, ut sequebatur ex his principiis, absesse consuetuit: cum in animalia omnium scelerum experientia fluirent, & eorum sanguine crudelissime perfunderentur, & pœnale actum fuisset, nisi illa feritas in homines etiam prorupisset. Pauta horum ex infinitis propè, ut res apertior fiat, explicemus; quæ pertinent ad horum Deorum crudelitatem cognoscendam. Scriptum reliquit Dionysius Halicar. lib. 1. magnam pestem aliquando ortâ fuisse in Pelasgorum regione, atque omnia propè animalia Deorum ita intercidisse, & feminas vel mutilos infantes peperisse, vel abortinos fecisse. Itud vero contigisse quoniam orta sterilitate agrorum, pro ea, ut liberarentur, voverant quæ optima nascerentur, ea se Diis consecratos: mox facti voti compotes non reddiderunt quod promiserant, cum multò preciosiora exteris retinuissent. Deinde sciscitantibus quo pacto liberari possent hac tanta calamitate, respondit oraculum; ut regnum deo ducatur, sic omnia à deo ducantur. Tunc agerat quædam matrona, ut pœnas reket, quæ pœnas adhuc rompere non posset, sollicitus ut alii regi Astarte regi Tauri & Bætæ consecratos ducere posset. Quod ea consecuti quæ poposcerant, nō dedidisse omnia quæ promiserant, sed preciosiora retinuissent. Pelasgi enim orta in sua regione sterilitate, voverunt se Ioui & Apollini & Cabiris decumas omnium eorum, quæ nascerentur sacrificaturos, quod etiam test. tur Euseb. lib. 4. Euang. præpar. Mox hominum decumas fuisse ab ipso oraculo petitas ita testatur Dionys. *τερπασιν δίκαιον μηδέ τοι τοις απολετοῖς αὐτοῖς φίλοις αἴγαροι διάδοτοι εἰσήσθησαν τοις αὐτοῖς τοις αἴγαροις τοις αὐτοῖς τοις αἴγαροις.* Sententiam ferente quodam Deum esse interrogandum an sibi gratum esset hominum decumas persolui, rursus sciscitatum mittunt, quibus respondit oraculum ita esse faciendum. Atqui omnium Deorum qui celebres fuerunt, antiquissimo propè Saturno, mos fuit hominem immolare, ut

Eccflator

Mythologia.

testatur idem Dionys. Achaei d'egi vix fuisse interdum t' apud eis uulnus, dumq
is expellit, nisi i' natae diuine, qai nata' nih' t' p' u. t' d' u' p' u' u' r' a, qai' l' d' d' u' s
q' p' u' c' t' p' u' p' u' n' d' p' p' e' m'. Fama est antiquos Saturno, veluti Carthagine, antequam urbs euerteretur, & ut sit apud Celtas hoc etiam tempore, &
in aliis nonnullis locis apud Hesperias nationes, sacra facere solitos, in quibus homines exderentur. Hanc possea sacrificiorum immanitatem Hercules, cum in Italiam accessisset aram Saturno erecturus, in mansuetiorem ritum commutauit, iussitque pro veris hominibus apud Italos hominum simulachra in Tyberim deici, ut ait Ouid. in 2. saitorum. Siue ne prorsus tollere religionem videretur, siue quod mitiorem Deum se habiturum putaret si re mitigasset, ac non penitus sustulisset. Pauit igitur Ioui, Apolini Saturno homines fuisse aliquando pro victimis immolatos, quod etiam fiebat in honorem Junonis Carthagine. Diana vero, quia navigationem Grecorum ad Troiam impeditiebat, eosque Aulide retinebat, quid exposcebat? an non necesse fuit Agamemnoni ante quam a litore solueret, Iphigeniam illi macctare? aut nonne iussi sunt id ex oraculo facere? rem autem ita breuiter strigit Verg. lib. 2. Aeneid.

10 Susensi Eurypilum scitatum oracula Phaebi
Mittimus, isque adytis huc tristia dicta reportat.
Sanguine placitis ventos, & virgine cafa,
Cum primum Iliacas danai venisti ad oras.

& Luer. lib. 1. merito inquit;
Religio peperit scelerosa, atque impia facta.
Aulide quo pacto Triuiae virginis aram
Iphianassio turparent sanguine fedè.

Euripides enim luculentissimam tragediam composuit, de ipsa Iphygenia in Aulide, in qua omnem hanc sacrincc crudelitatem declarat. Neque tam solis Diis, sed hominibus etiam, & manibus mortuorum homines exdebantur. Memorix proditum est in Taurica regione preterea, cui Thoas his
30 temporibus imperabat, eam fuisse factorum legem, ut quicunque eo delati mari tempestate fuissent, vel quicunque denique aduenissent, ii macerentur pro victimis Diana Taurica, quod licet ex Iphygenia in tauris Eupridis cognoscere; qui etiam impuram esse illam religionem inquit his versibus.

τὰ τοῦ Διοῖς δὲ μάρτυρες τελεόμαντα.
Γενέσηται περὶ θύσεων οὐδὲν τοι φίστη,
δέ εἰ λεγούσι, δέ συχνὸς Διοῖς χρήστη,
Εποὺς δικῆς μαρτυρίου οὐδὲν μαρτυρίου.
Δέ τοι διναιούσται βρετανίου.

40 Dex probandam non puto sententiam,
Quia si quis imperinerit quem, vel thorum
Concussit mitachus, vel attingat manu
Cadaver, arceret a suis altariis.
At ipsa ego gaudet in sacris viro.

Scriptum tamen reliquit Herodotus in Melpomene non Diana, sed Iphigenia Agamemnonis filia naufragos in Tauris, qui eo appulissent, aut qui cumque e Grecis capti fuissent, immolari solitos. Immolabantur Marti preterea homines apud Scythas, ut idem testatur hoc ritu; iess' aī τοῦ μαρτ

plus

plus fortis erat, unde etiam latrone ad ipsius delictum venientem rapinam rapi, atque ergo ad uictimam, illam enim rapere, cum non possit, ut etiam uictima non possit, quoniam uictima non possit esse. quoscumque ex hostibus viuos ceperint, singulos e centum hominibus diligunt, quos non eodem modo, quo pecudes macerant, sed longe diuerso, ubi enim rimum in capita effuderint, homines in quoddam vas iugulant sanguinem eorum colligentes. nam cum Martem praeceps religione colebant id in Martis honorem faciebant. An vero humanior fuisse existimandus est Neptunus? is enim Idomeneo in patriam e bello Troiano redeunti eam immisit tempestatem ut coactus sit promittere se Neptuno sacrificaturum quod primum ex animalibus sibi exequi e naui obuio fuisse, 10 mox cum filius primus occurrisset, cum sacrificare necesse fuit. Luna quoque in Albania, quae regio non procul distat a mari Caspio, homo immolari solebat, cum maximè omnium Deorum Luna ibi coleretur: nam multi e semini numine afflati ibi diuinabant, quorum qui plurimum numine corruptus esset solus per sylvas errans, sacra catena comprehensus a sacerdotibus vinciebatur, sumptuoseque & opè parè per annum nutriebatur, deinde cum aliis hostiis ad Deorum sacrificia macerandus docebatur, ut ait Str. lib. xi. Neque Lacedemonii, quidem qui vita severitate, ac prudentia exteros homines antecelere studebant, hanc superstitionem effugere potuerunt. nam, ut scribit Paulus in Laconicis, Orthiz sive Lygodesim Deorum nuncupatur, quae esse Diana statua putabatur e Tauris eò ab Orcis & Iphigenia deportata, homines forte destinatos immolabant, quem postea ritum Lycurgus ad puberes transfusit. Huic eidem Deus cognomento Triclatitz virgo & puer macerabatur apud Achæos, ut est in Achaicis Paulus. Quid opus est Leucadum ritum commemorare? illi enim quotannis auertenda Deorum & Apollinis præcipue iste impurum aliquem hominem diligebant, quem macerare consueverunt, sed postea mutatus fuit ritus, cum e specula deicitur multis pennis & uibus alligatis seruandum curarent, ita tamen ut extra patriam poitea tocolimus deportaretur, ut ait Str. lib. x. nam Semnonum, Druidatum, Lyceumque & Pergarum victimarum consuetudinem silentio præteribo, & aliarum nationum, qui homines Diis immolare solebant. Hoc unum dicam, cum tanta Deorum crudelitate, tamque impia religione, nullam omnino probitatem esse posuisse. quid enim feritatis ac sceleris ab horum Deorum impurissimis artis abfuisse putandum est? neque vero in singulis homines tantum aliqui lauierunt, sed in vniuersis exercitus: nam cum Brennus Gallorum imperator insignem cladem accepisset a Grecis, cum quibus acie dimicauerat, mox per noctem Panos furore cum reliquis exercitus ita agitatus est, ut Gallicæ acies inter se ita dimicauerint, ut penitus surrent delecta. Cum igitur homicidiorum, omniisque crudelitatis autores Deos haberent antiqui, non est mirum si pro cedibus, & adulteriis, & rebus huiusmodi impuris vota concipiebant. Nam cum crudeles essent illi Dii, tum avaritia maximo vitiorum omnium præcipue laborabant, quare facile muneribus ad omnem improbitatem, omniaque peccata hominibus dimittenda adduci posse censebantur: Idecirco præclare dictum est ab Euripide in Medea;

Polidor dixit: ergo fides avaria.

Fama est Deos parere donis celites.

& id ab Ouidio lib. 2. de arte;

Plenum est. Ita viris miscens dat Jupiter ipse,

Nunc mala multa haurit, nunc & bona plurima cepit.

Non solum in his malorum autorem Iouem putauit Homerus, sed etiam in consideratum & temerarium, qui non confilio & ratione, sed ut fors obtulerit, bona cuique dispenset. sic igitur Euripides etiam in Hecuba illum malorum autorem facit;

ποτε Ιανεμενος τελε, τριγωνος διανοεσθαι
κατηνοειντακτην μητραν ει τελετην γενε.

Nec Jupiter me perdidit, seruauit ut

Peiora multo cernerem infelix ego.

10

Sed Venus non solum Iouem, verum Deos omnes inclementes vocat apud Virgil. lib. 2. Aeneid. quia Troiam propter inuidiam, & ob accepta à Græcis munera euerterint, sic enim inquit;

Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacenæ,

Culpatusque Paris, verum inclemens diuum

Has euerit opes, sternitq; à culmine Troiam.

Idem Jupiter Iunonis illecebris ductus auctor fuit violandi foederis, quod percussum fuerat inter Græcos & Trojanos, ut est in lib. 4. Iliad. cum Palladem iussit in aciem Trojanorum descendere, eosque impellere ad foedus violandum.

Διόπερ δεινός αὐτοις πατέρων αἰδηνός θάρτος.

Αἴτιος δύστολος οὐτα μητρός οὐτα πατρίδος.

Αἴτη μὲν οὐτα πατερίδος πατέρων, τούτη διαχρόνη,

απομεινεῖ θεοῦ πρώτη οὐτα μητέρας αὐτούρης.

Αἴγαρος μητέρης οὐτα πρώτη θεούρης.

Annuit his dictis hominum pater, atque Deorum,

Palladaq; arcessens ad se se huc inde profatur,

Protinus in Troum & Græcorum castra recede,

Experiare volo Trojanos, primi ut Achiuos

Marte petant, primi percussaq; foedera rumpant.

30

Atq; cum leuisimi hominis & impuri sit dicere mendacium, neq; hoc quidem vitio caruit Jupiter, qui ita fuit mendax ab Hyrtacide vocatus, ut est in lib. 1. Iliad.

Γενετήρης δέ τον τραπεζήν φατερίδος οὐτούρης

αρέσκει μητέρα;

Iupiter, an mendax pater es? nec iani villa loquenti

Danda fides?

30

Cum fuisse Apollo etiam auctor crudelitatis creditus, saepius fuit ad cædes inuocatus, quale est illud Virgil. libro decimo.

Phæbe diu. (res si qua diuimortalibus villa est.)

Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta,

Et caput Aenez referes.

40

Multi denique ad cedes, ad flagitia complura, ad latrociniæ, ad adulteria ab his Diis se aliuari crediderunt, & non dubitarunt ut adiuuarentur precati; quippe cum intelligerent vel innocentissimos homines per hos Deos grauissima supplicia subiisse, cum vel unus Hippolytus in mentem veniret. Enimvero, quia nihil diuturnum est, quod ad extremam improbitatem veritatem multo fuit laudabilius, quam hos pro Diis colere, illa Cyclopis sente-

tia,

Mythologiae.

tis, quæ hominæ ad voluptates, vitaq; suavitates percipiendas horratur; quæ vniuersam illam religionem evicit, ita enim inquit apud Euripid. in Cyclope;

Nisi te misereas post p. vnde dexter.
de tuo mino, qui quæ vides alijs,
quæ tuus alijs vides tunc cappas.
Auctor h. ant. auct.

Et huic Deorum maximo ventri, viris
Ut solus est hic iupiter prudentibus,
Bibendi, edendi ut lex diebus singulis;
Viuendi & vsque suauiter.

Hoc autem cōsiliū est non hominis, sed filii Neptuni, & Iouis ipsius nepotis, cui vanum fuisse illum Deorum cultum facile credi potest. at contra fieri non potest, vt ille suauiter viuat, nullaq; tristitia afficiatur, qui totus feratur ad voluptates, nulla habita ratione innocentia, cum illa sola omnem vitæ suavitatem largiri possit. Sed quid opus pluribus? tanta fuit horum Deorum crudelitas, vt Læsionem Iouis ipsius filiam esse tradiderit Homerus lib. 7. Iliad. quamvis Dei sola proprium sit beneficentia;

Læsio prīca Iouis proles, quæ læserit omnes

Mortales.

Paret ex iis quæ hactenus dicta sunt, vt arbitror, quod talia fuerunt hominum vota, qualia Deorum sacrificia, & quales Dii ipsi credebantur, & quibus viuendi rationem acceperant, & quod omnibus vitiis credebantur Dii illi fuisse contaminari, & quod nulla vel religio vel ciuitas, quæ ad summum malitiae peruererit, diuina esse possit. nunc consideremus quales Dii inter se fuerunt.

Quales Dij inter se fuerunt. Cap. XVII.

30 **N**eque mirum est sanè Deos tam sae nos erga homines extitisse, atq; omnia discordiæ, crudelitatis, & perfidie semina in homines à Diis ipsis manasse, cum tanta fuerit iam inde ab initio inter hos Deos contentio, quantum neque cœlum, neque terra capere potuit. Quod si sceleratum est illum armis persecuti, & quo aliquid magnum beneficium acceperis, profecto sceleratissimus fuit Saturnus, qui illum insecurus est, & quo huius lucis usuram acceperat. Verum non solum insecurus est, sed etiam captivo virilia membra amputauit, vt testatur Ovid. in Iblm;

Saturnus ut illas

Subsecuit partes, vnde creatus erat.

40 Hoc paternum exemplum cum sibi ante oculos ad imitandum Iupiter proposuisset, Saturnum patrem & ipse cum armis insecurus est, & in Italiam cōfugere compulit, & quo cum apud Iannum Regem in Italia latuisset, quædā pars Italiz Latium fuit appellatum, vt est apud Virg. lib. 8.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo

Arma Iouis fugient, & regnis exul ademptis.

Iam vero quanta fuit Saturni feritas, qui suos filios vorabat? an potest esse tolerabilis in alios, qui tam fuit ferus in suos filios? an potest aurea ætas, hoc est iustitiae, humanitatis, pudicitiae, æquitatis plena administratio